



Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1859

XXV. Markgraf Ludwig weist Hasso den Ritter, Hasso den Aeltern, Wedego und Henning von Wedel an, einen Schuldbetrag aus den Abgaben der Städte Soldin und Königsberg zu erheben, im Jahre 1338.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55359](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55359)

oculo gracioso, vos singulos et universos presentes et succedentes a dacione pensionis annue vestre solite, sic quod ipsam in usus et munimenta civitatis ipsius sine diminucione convertatis libertavimus et a data pensionum per quinquennium continuum presentibus libertavimus, inhibentes singulis officii nostris presentibus et succedentibus, ne vos divisim vel pariter ad dictam pensionem vestram annuam solitam premissa durante tempore dandam aequaliter arceant vel compellant. In cujus etc. testes Johannes Buch, Beringerus Heylo, Johannes Hufener, Bombrecht, pincerna, cum ceteris. Datum Pofewalk, anno domini MCCCXXXVIII^o, feria III^a post Nycolai.

Aus Diekmann's Urkunden-Sammlung des Königl. Geheimen Staatsarchives I. 216.

XXV. Markgraf Ludwig weist Hasso den Ritter, Hasso den Aeltern, Wedeko und Henning von Wedel an, einen Schuldbetrag aus den Abgaben der Städte Soldin und Königsberg zu erheben, im Jahre 1338.

Ludovicus etc. Prudentibus viris Soldin, Kungesberg. In solutionem debitorum, in quibus strenuis viris Hassoni, militi, Hassoni seniori, Wedekoni et Henningo, dictis de Wedel, tenemur et obligamur, pensionem vestram, quovisque ipsis in centum et XXXVI marcis satisfactum fuerit, priusquam litere per nos ipsis date super huiusmodi pensionis amministrazionee annua exspirauerint, sine contradictione detis et presentetis — — —

Aus einem Copialbuche des Gef. Staatsarchives (I. C. 4 in quarto).

XXVI. Die von Wedel und andere Theilhaber verkaufen dem Bisthume Camin den Lehnsbesitz an Schloß, Stadt und Land Bublitz, am 27. Februar 1339.

Vniuersis Cristi fidelibus presencia visoris seu auditoris nos Hasso miles, Hasso senior de Schiuelbein, Hasso de Valkenborg, Wedego, Ghodikinus, Henningus, patroi et fratres conducti de Wedele, Henningus, Thammo et Gherardus, filii Gherardi de Speninge, militis, meticho ac heredes et filii Henninghi ac Copeckini, fratrum dictorum de Saynitz, famuli, recognoscentes, quod nos vnanimi de consensu et matura deliberatione prehabita vendidimus et per presentes literas vendimus venerabili in Cristo patri et domino nostro, domino Frederico Episcopo totique capitulo ac ecclesie Caminensi vniuersa bona nostra castri, ciuitatis et terre Bublitz ad nos pertinencium, preter quartam partem dictorum bonorum, quam Henningus Pauli et Paulus, ejus filius, nec non Petrus Kameke in dictis bonis habere dinoscuntur, cum omnibus et singulis eorum pertinenciis ac adjacentibus quibuscunque, cum omni